



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIII. Charta de causa suspensa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

FORMVLARVM LIB. I. 53
ptum plenius in Dei nomine con-
firmatum nullo inquietate , peren-
nisque temporibus,cum Dei & no-
stra gratia valeat permanere bene
ingenuus atque securus.

XXIII. CHARTA DE CAV-
sa suspensa.

Cognoscatur magnitudo seu
vtilitas vestra, Dum & nos ad
præsens Apostolicum virum, aut in-
lustrem virum pro nostris vtilitati-
bus, ibi ambulare præcepimus, ideo
iubemus ut dum illis partibus fue-
rit demoratus , omnes causæ suæ,
suorumque amicorum , aut gasin-
dorum, seu undecumque ipsi legitimi-
mo redibit mittio , in suspenso de-
beant residere. Propterea per præ-
sens decernimus ac iubemus præce-
ptum , ut interim quod de illis par-
tibus reuertitur , omnes causæ eius,
aut amicorum suorum,tam illorum

D iiij

54 MARCVLF MONACHI
qui cum illo pergunt, quām qui ad
propria eorum resident, vel vnde-
cumque ipse legitimo reddibit mittio,
in suspenso resideant, & postea
vnicuique pro ipsis de reputatis cō-
ditionibus, & iustitiam reddat, &
ab aliis simili modo recipiat.

XXIV. CHARTA DE MVN-
deburde Regis & Principis.

Rectum est ut Regalis potestas
illis tuitionem impertiat, quo-
rum necessitas comprobatur. Igitur
cognoscat magnitudo seu vtilitas
vestra, quod nos Apostolicū, & ve-
nerabile illum Episcopū, aut Abatē
Ecclesiæ, vel monasterij in honore
illius sancti cōstructi, cum omnibus
rebus vel hominibus aut gasindis,
vel amicis, seu vndecumque ipse le-
gitimo reddibit mittio, iuxta eius
petitionem, propter malorum ho-
minum inlicitas infestationes, sub-